pleto absolutio sequet. Pre-
terea dicit dominus pilius q
reus potest ita excipe q actor
semper fatigabitur probatio
ne: ipse etiā reus ad exceptio-
nis probationem interiz ad-
mittetur: vtpote nō negando
vel inficiendo precise intētio
nem actoris: sed dicendo τ re
spondendo in hunc modū nō
credo verum esse q dicis vel in
de dubito et sic postmodū po
terit vti exceptionibus q actio
nibus īstitutis obijciuntur τ
eas probare. Sed si precise ne
garet reus intentionē sui ad-
uersarij τ ille. s. actor posset p
bare intentionem suaz postea
reus vti exceptione non pos-
set qd colligitur ex illa autēti
ca. C. de non innumerata pe-
cunia. vbi dicitur. Cōtra qui
propriam scripturam abne-
gat qua conuenitur nume-
rationem inficiatur cōuictus
in duplo condemnat nisi illa
to sacramento confiteatur.

Tunc enim non punitur nisi i expensis circa probatiões factas auctoris sacramento declarandas et post numerationis inficiationem pretēdat solutionem solidum omnino exigitur nec prodest ei iam facta solutio. Contra si actor a reo litteras suas platas abnegat eadem sit pena et iurisiurandi forma puniendus et penitentia curatori infligenda si de suis litteris questionem referat in causam eius quem curat. dicit enim pilius generale esse in omnibus exceptionibus qd hic dicitur.

¶ De replicationib⁹ iudicū.

Replicatio est exceptio que competit actori contra exceptionē rei et istā exceptionem semper opponit actor et contra replicationem datur implicatio reo vtverum quadruplicatio vt.ff. de replicationibus. ¶ Replicationes nihil aliud sunt q̄ exceptiones exceptio actorem excludit replicatio reum: sed et contra replicationem solet dari replicatio et ɔ triplicationē rursus q̄druplicatio ēt deiceps multiplicātur noia. Dū aūt reus aut actor obijcit iste replicationes post fundatam intentionem rei sunt proponende et probande. vt. C. de pbationibus. l. j. et. l. exceptionem. supra est in alio titulo.

Lex

¶ De recusationibus iudicū

Quia ergo meticulosum est litigare sub iudice suspecto et interdum tristissimum sortit effectum. ideo post tractatum exceptionum consequenter de recusationibus videamus. Expedit enim reo sepissime recusare. videam⁹ ergo quid sit recusatio q̄s potest recusari quando facienda est recusatio infra quod tēpus et qualiter et quib⁹ de causis quis effectus recusationis recusatio est a iurisditiōe iudicis declinatio per exceptionē suspitionis oppositam. Recusari potest quilibet iudex tam ord. q̄ dele. secūdum canones de ord. dicit. vt ex̄ de foro ɔpetenti. l. in fine. vbi dr. Si consules iustitie tanq̄ merito suspecti recusentur et inimici iudices corā arbitris cōiter electis de causa suspitionis agatur ad idem de vtroq; iij. q. v. Quia suspecti et inimici iudices eē nō debēt et ipa ratio dictat et plurimis pbat exēplis delegatus etiā pōt recusari lz causa fit ei ap. re. cōmissa. vt ex̄ de ap. postremo et presentibus litteris intimamus q̄ si aliqua causa alicui fuit dele-

Dec

Cañ

gata qui cōsanguineus sit il-
lius qui litteras impetrauit
vel in eodē negocio aduoca
ti officio funct⁹ aut alia iusta
de causa suspect⁹ huiusmodi
delegatus non immerito po-
terit recusari quamuis appel
latione remota fuit ei nego-
cium delegatum ad idem. ex
de nup. scdo requiris. §. tertio
postulas edoceri tñ ille q̇ ele-
ctus est alio recusato non po-
terit recusari ab alio qui euz
elegit vt. iij. q. iij. Offeratur
ei in iudicium libellus qui vo
cauit vbi est. Qm̄ debet fie-
ri recusatio ante lit. contest.
dūtaxat. vt ex de sen. et re. iu-
dicata inter monasterium su
pra est casus. Et idē. C. dein.
apertissimi supra est. et. C. de
iure offi. iu. Nemo post lit. cō
test. ordinarie sedis declinet
Lex examen nec prius p̄ferri p̄to-
rio ante comitis orientis vel
alteri⁹ spectabilis comit⁊ iu
dicis imploret auxiliū sed ap
pellatione legib⁹ facta ad sa-
cramentum auditorium ve-
niat. Tamen ex causa post lit.
contest. poterit superuenire
post lit. cōtest. recusari vt ex.
de offi. dele. Insinuāte supra
est casus. t. Primo vel post ea
dixerit exceptionez. j. causaz
recusationis vt ex. de excep.
pastoralis superest. Recusari
potest iudex secundum leges
vsq; ad triginta dies vt. C.
de sen. et inter. locu. o. iu. au-
tentica. Et consequēter ego
cōuentus ab aliquo si incisim
et ipsuz pulsare velim statim
quidem hoc non licebit nisi
apud eundez iudicē qui mihi
displicet. j. xxx. dies recusari
potest: aliuz quoq; meremur
apud quē rursus vtriusq; ne-
gociū ventiletur alioquin cō-
tra me lite mota prius dece-
terum nota deinde et ego ad
mittar. ¶ Sed secundum ca-
nones potest iudex recusari
quandoq; noluerit ante lit.
contest. dummodo non subie
rit recusans iudicium eius vl'
j. tempus a iudice statuenduz
vltra qd non auditur si iudi-
cem recusare velit vel aliquā
dilatoriam exceptionē propo-
nere nisi de nouo sibi compe-
tere incipiat vel fidez fec[it]
iurameto illaz excep. postmo
dum ad eius noticiam perue
nisse vt ex. d exceptionib⁹ pa
storalis supra est. ¶ Hoc mo-
do faciendo est recusatio cau
sa suspitionis coram eo qui dr
suspectus est allegenda et co
raz arbitr⁊ electis a partib⁹
est probanda ad quos eligen
dos iudex q̇ recusatur potest
cōpellere partes vt. ex de ap.
Secūdo requiris. et. ex de ap.
Cum speciali sit puisuz pro-
hibitione ne quis in aliquaz
excommunicationis sententi
am nisi competenti ꝯmonitio
ne premissa promulgare pre- del.
sumat prouidere volentes ne

voletes ne forte cmmoitus fru stratiõe recusatiõis vel appel latiõis obiectu mouẽtis pos sit declinare examen. Statui mus vt si qs allegauerit se iu dicem habere suspectuz corã eodem iudice causam iuste su spectionis alleget. et ipse cum aduersario si forte aduersari um non habuit cum iudice cõ muniter eligat arbitros aut si communiter non possunt cõ ueire absq malicia. s. ipe vnũ et alium iste qui de suspectio nis causa cognoscant. et si ne quiuerint in vnam concorda re sententiam adducẽt tertiũ vt q duo ex ipis decreuerint robur obtineat firmitatis. at q sciãt se ad idẽ fidelr exeqn dũ ex inuicta a nobis in ptute obedientie sub obtestatiõe di uini iudicij districto precepto teneri. Causa vero suspitiõis legitima coram ipis. j. cpeten tez terminũ non probata sua iurisdictione iudex vtatur ad ipa probata legitime de recu santis assensu psone ydonee cmittat negociũ recusatus vl' ad supiorẽ iudicẽ trãsmittat vt in eo ipse procedat fm q vi derit pcedendum. Et hoc ve rũ est siue recuset ord. siue de delegatus nisi cum recusat cũ subdelegatus a delegato dñi pape quia tunc causa suspitio nis corã pmo delegato debet pbari. vt ex de offi. deleg. sup questio. in fine. supra est. c. p proximo. Quidã tñ dicũt q cũ recusat ord. nõ est necesse cau sam pbare et hoc per illud. c. iij. q. v. q suspecti. qd mihi nũ q placuit approbare. expresse facit contrarium. ex de ap. cu specialis. supra ẽ ex de fo. cõ pe. licet supra est ppe. Et no ta q si in scriptis voluerit iu dicez recusare nõ ptermittas ponere in libello recusatiõis verba que premisimus i prin cipio huius tituli q meticulo sum xc. deide recusatiõis cau sas in libello insertas. vt ha betur. C. de iudici. apertissimi supra est. Causa recusationis vnica est scilicet suspitio q cõ surgit ex mltis causis puta q iudex est consanguineus illi q litteras impetrauit vel acto ris vel fuit aduocatus eius in eodẽ negocio. vt ex de ap. po stremo. supposita ẽ. Itez si est affinis eius. vt. iij. q. ix. absens vbi d. Absens p aliũ nec accu sari potest nec affinis test ad mittit. ad idẽ. ff. de procurato ribus. aut affinitate. Item si familiaris aut cmentalis ei est. vt ex de off. del. insinuãte. supra est ad idem. ff. de off. psi dis senatuscõ. Itez si est vasal lus vel subditus actoris vl' ei qui litteras impetrauit. vt ex vt lite nõ contest. accedẽs. vbi d. Quidam episcopus et qui dam archidiaconus et quidaz cas. alius qui vocabatur magister dati fuerunt iudices comiti

britãnie et cuidam alij nobi-
li ad petitionem comitis bri-
tãnie aduersari⁹ comitis bri.
recusauit episcopum: q: erat
cõsanguineus eiusdẽ comitis
⁊ recusauit archiõ. quia erat
clericus commensalis comi-
tis ⁊ recusauit magistrum. p.
q: fuit oriundus de terra vxo
ris eiusdem comitis ⁊ omnes
iudices erant sub districtu vn
de comitis fuerunt recusati ⁊
bene: vt ibi dicitur ⁊ insuper
non assignabãt locũ tutũ reo.
¶ Item recusatur iudex si ha
bet causam cũ parte recusan-
te: vt ex̃ de off. del'. cõstitutus.
quia illa causa iuxta est recu-
sandi tutorem: vt. ff. de excu-
sa. tuto. p̃terea. Itẽ et testem
vt ex̃ de pur. ca. cum in iuuen-
tute. ⁊ accusator. vt ex̃ de rest.
seo. Item cum quis tamẽ non
semper tales inimicicie repel
lunt iudicem: sed arbiter esti-
mabit an non obstante eo ad
mitti possit: vt. ff. de questioni
bus. l. j. §. questioni. et. §. pre-
terea. ¶ Item recusari potest
iudex si habeat causã similẽ
vt ex̃ de iudi. causam. ca. j. su-
pra est. e. t. ¶ Item si iudex est
concanonicus aduersarij vel
actoris. vt ex̃ de offi. iudi. del'.
certũ. ¶ Itẽ recusatur iudex
si habeat aliquam familiari-
tatem cum aduersario vel a-
micitiam. vt. xj. q. iij. quatuor
et. iij. q. v. accusatores. ex̃ de of

fi. deleg. insinuante. ¶ Itẽ re
cusatur iudex si sit aduersa-
rij domin⁹: vt ex̃ qui filij sint
legitimi. causam. Item si ad-
uocatus aduerse partis sit cũ
mensalis iudicis: vt ex̃ de ap
pel. ex insinuatione. ¶ Nam
modicissima cã repellit ali-
quẽ. a iudicio tamen non re-
pellit a testimonio: quia faci-
lius inueniuntur mille iudi-
ces q̃ vnus testis: tamen que-
libet amicitie non repellũt iu
dices: nisi quãdo ex maxima
familiaritate coniunctus al-
teri: vt. ff. de verborum signi-
fic. l. late. §. amicos. sicut nec
quelibet inimicitie repellunt
testem: vt in autẽ. de testi. §. si
ꝓ dicatur. ¶ Item recusa-
tur iudex si sit suffraganeus
aduersarij. vt ex̃. vt lit. non co
test. accederit. ¶ Item repel-
litur etiam aliquis a iudicio
propter defectuz testis: vt ex̃
de testi. dele. ¶ Item recusa-
ri potest iudex si fuerit appel
latum ab eodem iudice. vt in dec.
alio decretali. ⁊ ex̃ de appella.
ad hec. vbi dicitur. q̃ si super
aliquo negocio fuerit coram
iudice appellatum et pendẽ-
te appellatione appellans cõ
ueniatur de delicto ante ap-
pellationem vel ex post facto
põt iudex recusari tanq̃ sus-
pectus. ¶ Item si inimicus
est illius qui cõuenitur: vt. iij.
q. v. quia suspecti. supra est. ad

idem.ff.de procuratorib⁹.vel alio. ¶ Et nota ꝙ ex qua licꝫ causa poterit iudex recusari que cōtra eum suspitionē in/ducit vt dicit in predicta de/cretali postremo.generaliter enim quicunqꝫ sufficeret ad recusandum procuratorē vel arbitrum illam credo suffice/re ad recusandum iudicē tam ordinatum ꝙ delegatum.

¶ Effectus recusationis est vt iusta causa suspitionis pro/bata iudex in causa procede/re non debet sed supersedere cum hoc tamē temperamen/to ꝙ si iudex ord. recusatur potest cogere partes ad eli/gendum arbitros quibus vi/ces suas committat ac dele/gabit vice sua de principali causa cognoscat tanꝙ delega tus et non sicut arbiter. vt ex de foro compe. si quis contra clericum. vbi dicitur. Si quis contra clericū causam aliquā haberit episcopū eius adeat qui si forte fuerit suspect⁹ exe cutor ab epō deputetur aut si etiaꝫ actor refugerit alius est deputandus qui partes mu/tuo consensu iudices cōpellat eligere a quib⁹ quicquid fue/rit diffinitum episcopi sollici/tudine seruata lege modis oi/bus impleatur. Ad idem.xi. q.i.peruenit.ꝛ.ii.q.vi.placuit. C.de iud. Apertissimi iuris est licere litigatoribus iudices anteꝙ lis inchoetur recusa/re cum etiam ex generalibus formis sublimissime tue sedis statutum est necessitatem im/poni incidice recusato ptib⁹ adeligendos arbitros venire et sub audiencia eoꝝ sua iura proponere licet ex imperiali munere iudex delegatus est tamē q: oēs lites sine suspitio ne procedere nobis cordi est liceat ei qui suspectum iudicē putat anteꝙ lis inchoet eum recusare vt ad aliuꝫ curratur libello recusationis ei prore/ctio cū post lit. contest. cū nec appellare posse ante diffiniti/uam sniam iam statuimus nec recusare posse nec lites in in/finitum extendantur eodem .s.exactore necessitateꝫ parti/bus per ordinariuꝫ iudicem et cause ciuile auxilium impo uētes arbitros eligereꝛ apud eos venire et sic lit. dirimant quasi arbiter fuerint ab im/periali culmine delegati qd si ab imperiali culmine iudex delegati nō sit sed ab alio cul/mine obtinere censemus. Ad idem.C.de iud. Cum specia/liter iudex siue ab angusta for ma siue a iudiciali culmine in aliqua prouincia nisi incu/satus degit datus sit et vna pars suspectum eum dicit ne forsitan absente persona iu/dicis sed in alia ciuitate eius/dem prouincie commorante

De/cre. — can. — Lex

compellatur lōgo itinere emer-
so recusationis libellum ei in
cusatus offerre sancim⁹ q̄ si-
quidē p̄sto est p̄ses ꝓuincie in
alia ciuitate vbi de eadē re du
bitatur littere ei qui suspectū iu
dicem dicit esse quoniā p̄sidē
adire ⁊ hoc facere in actis ma
nifestum sentētiā moderator
ꝓuincie non est in p̄fato loco:
hec eadem apud defensorem
locorum vel duū viroꝝ muni-
cipales gestis apud eos adhi
bitis celebrare ⁊ iudicē cum
recusare. illico aūt idest intra
triduū proximū sine vlla dila-
tione cōpelli arbitrum vel ar-
bitros eligere vel apud eos li
tigare ne ⁊ datus iudex remo
ueatur et alter non eligatur
electiōe videlicet arbitri si va
riatum inter partes fuerit si-
mili modo vel p̄toris ꝓuincie
si adest vel defensoris locorū
vel vrgentiū municipij arbi-
trio dirimēda et executore ne
gocij cui mandata huius cau
se executio imminente et sta-
tuta de arbitris effectum liti
gare mācipare nisi fuerit pro
uocatum. tūc enim ipse qui an
tea iudicem dedit qui suspe-
ct⁹ est visus ē appellatiōe tru
tinata formā cause imponat
legitimam si vero del'. sit q̄ su-
spectus recusa. non potest co-
gere partes vt arbitros eligāt
q̄ de principali cognoscant: s;
supercedebit a cause cognitio
ne; vt extra de ap. secundo re

q̄ris. vbi d̄r. Tertio postulas
edoceri cum aliquis iudicem
ordinarium vel deleg. tāquā
suspectum recusat an causam
suspitionis debeat allegare ⁊
eam nisi manifesta sit corā eo-
dem iudice probare teneatur
vtrum autē iudex ord. possit ī
ipso negocio et iudicio ꝓcede
re si ille qui suspitionē obijcit
causam eius non possit vel nō
velit iure ꝓbare in hoc nimi-
rum tibi duximus responden
dum q̄ cum aliq̄s se suspectum
iudicem habere proponit su-
spitionis causam coram eodē
iudice allegare tenetur ne possit
aliq̄s pro sue voluntatis arbi
trio q̄libet iudicium declina
re frustratorie sed partes ī ali
quē iudicem vel in aliquos iu
dices non valde remotos con
ueniant per eundē iudicē q̄ no-
minatur suspectus debent co
gi coram q̄bus vel quo si cau-
sa suspectiōis infra competē
tem terminū ꝓbata nō fuerit
tūc deinde aucto. sua citetur
q̄ si corā ip̄is ī quos conuenit
eadem causa suspitionis fue-
rit probata iudex recusatus a
cause cognitione supercedere
tenebitur quando nanq; ra-
tio dictat et pluribus probat
exemplis q̄d suspecti ⁊ inimi-
ci iudices esse non debent cū
in decretis sit ꝯtentum nihil
gratius et amabilius dare q̄s
valet inimico q̄ si ad impeten
dum commiserit quam ledere

Del

Huc vsq; et dānificare. Intendit ratio diuersitatis est .s. ꝙ ordi. suspectus potest cogere partes ad eligendū arbitros quibus ꝯmittat vices suas tanꝙ del. qui cognoscit de tota causa ꝛ del. non pōt. hoc est .n. qꝛ cum deleg. iam nullam habeat iurisditionē nihil delegare pōt Nemo enim cogitur inuitus ire ad arbitrium. ff. de arbi. l. iij. §. j. sed iudicium redditur inuitus. vt. ff. de ꝟ. obli. inter stipulantes. §. sistichū. in fine. vbi dr. Iudicium redditur in inuitum ꝛ ita obseruaꝛ de consuetudine bonoñ. et per totam italiam. quidam tamē dicūt ꝙ deleg. qui recusatur potest cogere partes vt arbitros eligāt q̄ de principali cognoscant p l. illam. C. de iudicijs apertissimi ad hoc dicas aliud esse ꝑm leges aliud ꝑm canones cū ꝑm leges non sit necesse ꝓbare causam recusationis ergo oportet qd coram arbitris agatur causa ꝑncipalis.

¶ De criminosis et qualiter contra criminosos agatur et quod modis.

Reus ad iudiciū noīatus si nō potest iudicium declinare respondere tenetur. si autem certificatus est super quo impetitur⁹ est ꝛ qualiter. sed quia criminalia iudicia cuilibet sunt grauiora idcirco de iudicijs criminum primo loco tractemus breuiter determinantes qualiter ꝛ q̄t modis de crinib⁹ pōt ageꝛ qualiter qs agere potest ꝛ qua pena puniendi sunt criminosi postea determinabimus qualiter sit formandus libell⁹ accusatiōis. Quatuor modis de criminibus potest agi vt etiā de notorijs taceaꝛ .s. in modū denunciationis inquisitionis exceptionis accusatius. vt ex̄ de accusationibus super hīs et eodem libro de symōia licet hely. De notorijs vero tacendū ideo dixi qui in eis nec testibus nec accusatione opus ē immo siue ipsis notaria possunt puniri crimina. vt. ij. q. j. manifesta. vbi dr. Manifesta non indigent accusatione. vt C. de manifesta. ad idem ex̄ de accusa. vbi dr. Euidentia patrati celeris nō idiget clamore accusatoris. ad idē ex̄ de coha. cleri. et mu. tua nos. vbi dr Qd si crimen est publicū vt merito debeat appellari notorium in eo casu nec accusator nec testis est necessari⁹ in his criminibus cū huius nulla possint tergiuersatione celari. Veruntamē quidā ordo iudiciarius est in notorijs criminib⁹ seruandus. ar. ex̄ de iureiurā. ad nostrā. qꝛ reus debet citari et interrogari ꝛ eo presente. vel p ꝯtumaciā absēte dā ꝛ snia dari. vt. ij. q. j. de Vbi dec.

manifesta. vbi dicitur. Qd iudex nō debet sine citatiōe dānare. Ad idē. ex de clericis cōcubinarijs. sicut ad extirpandas qm̄ si nō citaretur sniā nō teneret. vt. ff. q̄ sniā siue opi. rescidi n̄ pos. l. j. itē cū ex edicto pemptorio q̄ neq̧ ppositum est neq̧ in noticiā puenit absentis p̄dēnatio sit nulli9 momenti eē sniam: cōstitutiones declarant. Et nota q̄ dupliciter dicitur crimē notorium. s. notorium iuris et facti. Notorium iuris est crimen illud quo quis canonice p̄demnat9 est. vt ex. de coha. cle. et mu. c.
Ubi dec. j. vbi dr̄. q̄ notorium crimē de quo aliquis canonice cōdemnat̄ vl' qn̄ p̄fitet̄. vel qn̄ nō diffitetur p̄sopter ad idē. ff. d re.
Lex iuris. Res iudicata p veritate accipit̄. ¶ Notoriū facti aliud presumptū. aliud notoriū facti p̄sumpti aliud vt paternitas ꝛ filiatio. vt. ff. de in ius vo. Quia semp mater est certa etiam si vulgo concepit. pater po is quem nuptie demonstrāt. Ad idē. e x de. filijs p̄sbyterorū p̄querente. vbi dr̄. Qd
Ubi dec. si publicum est et notoriū patrem in ecclesia personatū habuisse filius eiusdem ibidē ministrare aut p̄sonarū eiusdem ecclesie habere non patiatur Et cōsanguinitas dicitur notoria p̄sūptiue. vt ex de diuor. porro. Notorium facti manifesti aliud est crimē de quo fama publica suum prestat adminiculum et ipsa rei euidentia ꝑtestat̄ nec potest aliqua causa tergiuersationis celari vt ex de coha. cli. et muli. tua nos. sic etiā quodcūq̧ istorū modorum si crimen notoriū sit pōt iudex ex officio suo punire criminosum quāuis corā eo non accusetur nec testibus communicatur. si vero crimen non est notorium licet sit publicum seruandus est ordo iuris. vt. xj. q. iij. eorum qui accusant̄. discutere causas nō licet priusq̄ canonice vocati ad synod. veniāt ꝛ p̄sens per p̄ntē paciter cogscat ꝛ intelligat q̄ ei obijciuntur q̄ ēt per sapientiam Salomonis dicitur antequā scias non reprehendas intellige prius et tūc increpa antequā discas non reprehendas licet apertissima sit [illegible]trariorū reprehensio veruntamē oportet alijs q̄ dati sunt ad eorum examinationē ordinem seruari. ¶ Sed queri potest quando sciet iudex crimē alicuius esse notoriū. Respōdeo perfecti euidentiam si ē illi9 loci habitator vel si ei fuerit probatum per duos testes q̄ crimen sit notorium et quādo omnes proclamant admissum crimen. vt. ij. q. j. scelus. §. loarius. vbi dicit̄. Qd crimen loarij regis erat manifestum quia publice tenebat galdaracā et engeltrundē. Et nota q̄ qualitercunq̧ de crimine agatur si certa pena sinue-

Can. Huc vsq̧

niatur super hoc statuta illa ẽ delinquentibus imponenda. Alioquin puniri debent arbitrio iudicis. vt ex̃ de off. dele. ex causis. vbi dꝛ versus finem. Qd illi qui noluñt venire ad citationē iudicis: si tale fuerit negocium ꝙ certa pena a canonibus infligatur: vel expꝛimatur illa debet infligi. Alioquin iuxta qualitatem delicti ẜm arbitrium iudicis debet puniri contumax. ad idem. ff. de iure deliberandi. l. j. ad idẽ ff. de penis cũ nulla. l. pene. pene potius emoliende sunt ꝙ̃ exasperande interpꝛetatione legum.

Cum vero in modum denunciationis agitur de crimine alicuius tunc non est inscriptio necessaria sed charitatiua debet pꝛecedere. amonitio vt peniteat et a malo recedat et monend⁹ est ẜm regulam euangelicam quã habet ij. q. j. si peccauerit in te frater ꝛc. vñ si denunciatoꝛ non pꝛomonuerit repellit̃ a deuñciatione vt ex̃ de acc. c. j. vbi ponitur talis casus. Quidam clerici denunciabant quedam crimina de quodã episcopo: episcopus repellebat eos a denũciatione quia erant excommunicati pꝛopter cõcubinas q̃s tenebant quando fuerunt excommunicati ꝛ quia non com- cap⁹. monuerant eum super criminibus obiectis: ꝛ qꝛ erant conspiratoꝛes ĩ euʒ. Dicit papa ꝙ si alterũ illoꝛum verum est non debent admitti ad denũciationem nec accusationem vt ex̃ de accusationibus. si qs episcopus. Et nota ꝙ criminosi ꝛ infames: et inimici atq; suspecti possunt a denunciatiõe repelli per illud euangelicum ypocrita ejice pꝛimum trabẽ de oclo tuo. vt. iij. q. vij. vbi dꝛ Qui sine peccato est vestrum pꝛim⁹ in illam lapidẽ mittat ad aliena peccata punienda ibant et sua reliquerant. reuocentur itaq; ad conscienciam tuis vt prius pꝛopꝛia corrigant et sic aliena repꝛehendant. ¶ Item dicendũ est de eo qui pꝛosequitur inquisitionem. vt extra de accusa. cum opoꝛteat. versus finẽ. vbi dicitur. Si fuerit ad inquisitionem pꝛocedẽdum ipsos quos cõstiterit inimicos nõ ad pꝛosequendum inquisitionẽ nec ad perhibendum testimoniũ contra ipsum episcopum admittatis. Pena huius excessus est mitis quia debet penitentia sibi imponi pꝛo illo crimine. ꝛ credo pꝛopter hoc nõ posse deponendũ a dignitate vel oꝛdine. nisi delicti quantitas cogeret iudicẽ aliter pꝛocedere quia conuictus est de symonia de qua non potest penitere retẽto eo ꝙ symoniace dec̃.

aquisiuit: vel nisi infamatio vl'
scandalum inde oriatur: vt. ij.
dec. q. iiij. si mala fama ex de accu.
inquisitionis. §. vlti. vbi dicit.
q propter malam famã τ de
ponẽtium credulitatem dũta
xat nõ erit ad depositionẽ p
cedẽdum. τ eum infamatũ re
putare non debet cũ apud bo
nos τ graues lesa opinio non
existat. Si vero agitur in mo
dum inquisitionis τ similiter
inscriptio nõ est necessaria. et
iudex pcedere potest in causa
cũ prosecutore inquisitiõis et
etiã sine illo. Verũtamen sine
illo fama procedere debet in
quisitionẽ nõ semel sed sepe τ
apud bonos τ graues proce
dere debet alias nõ debet fie
ri inquisitio sicut expresse ha
dec. betur. ex. de accusationibus
qualiter τ quãdo. vbi dr. q nõ
solum cũ subditus verũ etiã
cũ prelatus excedit si per cla
morem τ famam crimen eius
ad aures puenerint supioris.
nõ quidẽ a maliuolis τ suspe
ctis: sed a prouidis τ honestis
nec semel tãtũ: sed sepe quia
quãdo clamor innuit τ mani
festat diffamationẽ debet iu
dex corã ecclesie se morib9
veritatẽ diligenter perscruta
ri: vt si rei poposcerit q̃litas
canonica districtio culpam fe
riat delinquẽtis non tanq̃ sit
actor et iudex se quasi denun
ciante fama τ deferẽte clamo
re officij sui debitum exequa
tur. τ post pauca sicut accusa
tionem legitima debet inscri
ptio sic τ denũciationẽ clari
tatiua amonitio τ inquisitio
nem clamosa insinuatio pre
uenire. Ad idem. ex de symo
nia hely. lz citari debet is q di
citur infamatus: vt audiatur
eius exceptio si quã habet: vt
in preallegatis decretalibus
et capitulo predicto qualiter
τ quando. circa mediũ debet
esse presens is cõtra quẽ faciẽ
da est inquisitio: nisi per cõtu
maciam se absentet τ exponẽ
da sunt illa capitula de quib9
fuerit inquirẽdũ nec faculta
tem habeat defendẽdi seipm
et nõ solum dicta: sed etiã no
mina ipsa testiũ sunt ei publi
canda: vt quid a quo dictũ est
publicãda: necnõ exceptiõe[s]
sed nõ reinquisitiones supp[le]
et replicatiões legitime sunt
admittẽde: nec per suppressio
nẽ nominatim infamãdi per
ceptionẽ exclusionũ deponen
di falsum audacia prebeatur.
¶ Pena huius pcessus talis
est qd prelati debent amoue
ri ab administratione. mino
res vo ab officio et beneficio
priuari vt i casu. c. qualiter et
quando. circa medium vbi di
citur. si fuerit facta inquisitio
et fuerit excessus grauis si nõ
degradetur ab ordine ab ad
ministratiõe tamẽ ammoueã
tur. ¶ Vel melius potest fieri
scz ad iudices arbitrium con

siderata qualitate criminis & personarũ & aliarum circũstãtiarum vt ex. de accusa. inquisitionis scdo q̃siuisti in fi. vbi dicitur. ꝙ s̃m persone merita et qualitatem excessus penam poterit iudicãtis discretio moderari. ¶ Et no. ꝙ si fiat inquisitio contra aliquem et probetur contra eũ per dicta testium aliquod crimẽ de quo non est infamatus nõ est pro eo puniendus: vt expresse not. cap. inquisitionis tertie dubitationis. vbi dicitur. nullũ esse pro crimine super quo aliqua non laborat infamia. seu clamosa insinuatio nõ precesserit propter dicta duorũ vel triũ vel plurium deponendũ. quinimmo depositiões eorum contra eum recipi nõ debere cum iquisitio solũmodo fieri debeat super illis de quibus clamores aliqui precesserunt: nec ad petitionem eorũ qui libellum porrigunt in occulto procedendum est ad inquisitionem super cõtẽtis ibidem criminibus faciendam. ¶ Si aũt in modũ exceptiõis obijcit crimẽ alicui similiter nõ est iscriptio necessaria nec admittit ad excipiẽdũ: nisi is cuius interest. verũtñ distinguitur vtrũ obijciatur crimẽ in modum exceptionis. testi. vel accusatori vt a testimonio vel ab agendo repellatur: aut promouẽdo: vt non confirme- Lex

tur vel nõ ordinetur. et in primis duobus casibus probato crimine repellitur testis a testimonio & accusator ab agendo. vel accusatione. sed nõ debẽt alia pena puniri: vt ex. de ord. cog. t. j. vbi dicitur. versus fi. ꝙ cũ aliqd crimẽ testi. obijcit in modum exceptionis: vt sic a testimonio repellat. etiã si crimẽ contra eum ciuiliter probatum sit: vt sibi pena infligẽ ordinaria: sed eius dũtaxat testimonio nõ creditur qd ea ratiõe cõtingit: quoniã in ipsum actio non procedit. ¶ Testes autẽ quorũ testamẽtũ reprobat inter infames q̃si ex falso testamẽto nõ habẽtur. Ad idem. ff. de his qui notãt infa. lucius. Et no. ꝙ quis punit in eo ad qd nõ est directe actũ. cũ. s. crimẽ illud ꝯtingit principale negociũ. vt probat ex de exce. deniqꝫ. i fi. vbi dicit. innuit ꝙ si crimẽ quod causam cõtingit obijciat testi probato crimine punit. & etiã repellit. similit si testimoniũ arguat ở falso & pbet hoc punit testis: vt ex de crimine falsi. c. j. & iiij. q. iiij. nõ in criminali. Itẽ q̃ falsa. Ad istã ar. ex de cõfes. & de elec. p iquisitionẽ. ¶ Silr punit marit⁹ q̃ agit de adulterio si excipiat de lenocinio & pbetur. ff. ad. l. iul. de adul. l. j. ¶ Idem dico si cõfiteat crimẽ pricipale negociũ cõtingens. testis quoqꝫ qui in Decr. Decr. Lex.

ferēdo testimonio variat aut vacillat ī vinculis mācipatur vt ex̄ de accu. sup his. ⁊ ita patet φ si crimē obijciat testi vl' accusatori. ⁊ pbetur nō soluʒ remouet ab accusatiōe vel testimonio. sed etiā punit. cū. s. crimē obiectū tāgit principale negociū qd est contra illud generale. φ. s. null⁹ debeat sine accusatiōe dānari: vt. ij. q. j. de manifesta. ⁊. xxiij. q. iiij. si quis potestatē. ¶ Fallit. n. in his casibus cū. s. suspecta scriptura in iudicio pfertur. nec cm̄ qui eā profert nisi ei fideʒ assenserit: quasi falsarius condēnat: vt. c. de proba. iubem⁹ Alius casus est si testis procax fuerit in testamēto ferēdo. vl' verba suspecta dixerit. vt. C. de testi. nullū penitus. Tertio si suspectus tutor fuerit. ff. de tutorib⁹ dig. suspe. Quarto si qs corrūpit testes aduersarij sui: vt. iij. q. vij. tria. aut ātiq̄ si quis aūt. alius casus si maritus accuset vxorem de adulterio ⁊ ipsa excipiat de lenocinio. ff. ad. le. nul. de adul. l. lenociniū. ⁊ hoc est qd eius crimina cōtigūt. pricipale neg. plures etiaʒ alij sunt casus. vt inquisitione. denūciatione. vl' in notorijs. in quibus quis cōdēnat sine accusatione. ¶ Et no. φ si aliquis delinquat ī iudiciuʒ. punitur a iudice nulla obstāte exceptione. φ nō cōpetēs iudex sit eius qui deliquit: vt. C. de test. nullū. bona est lex ita est de iura. testium. ¶ Si obijcit pponēdo ne ɔfirmet vel ordinet. ⁊ hic silr distinguit: aut obijcit an̄ cōfirmatione aut post. si ante ɔfirmatione opponit ⁊ pbat: ipe dit promotione: sed nō deijcit iā promotū. tn̄ perdit ius φ sibi fuerat pri⁹ canonice acquisitū. ¶ Si vo obijcit crimē promouēdo. post ɔfirmatione. āt a cōsecratiōe repellat. lʒ ille q obijcit non teneat inscribere: tn̄ ad aliquā penā extra ordinariā ad arbitriū iudicis sede bet obligare. q: cū hoc modo crimē probat. pdit qd p cōfirmatione vel electione ei fuerat acquisitū: sʒ pri⁹ habitum nō amittat: vt ex̄ de accu. sup his. quere hoc. t. i fi. illi⁹ op. ¶ Et no. φ i hoc casu [illegible] bus alijs p̄cedētibus laici bone fame ɔ̄ clericos admittunt ad agēdū et ad testificādū: vt de testib⁹ cū lr̄is. vbi ponit talis casus. Quidā clericus fuit accusat⁹ incōmodo ⁊ cū ille infⁱciaret. quesitū ē sup laici vl' femie possēt admitti ad testamētū ɔ̄ eū dr̄ qūo vtrū sic. Itē querit vtrū laic⁹ possit accusare p̄latū suū de crimie nō excepto ciuilit: vt. s. remoueat ad φ administratiōe ⁊ pōt dici φ sic. vt pbat ex̄ de test. ex parte ad. hec ē ratio. q: laici iteresst vt bonū hēat latū: q: cū is q̄ displicet ad iter pellandū mittit Casus.

animus irati ad iteriora reuocat: vt.lxxix.di.sollicite.cũ q̃ intersit pót agere: vt.ij.q.vj.ñ solẽt.nec teneť iscri.cũ ciuiliter agať.tñ ad aliquã penã teneť si defecerit: vt ex̃ de accu.super his. ¶ Preterea no.ꝙ vnus solus eṗs i q̃lz p̃dictoꝝ modoꝝ ð criminib⁹ subditoꝝ cognoscere ꝛ iudicare pót.vñ lz de criminib⁹ agať: nõ tñ ille cãe sũt criminales: sz ciuiles ꝛ agiť ciuil'r vt ex̃ de symo.ptnas.vbi ð:.ꝙ cõtra abbatẽ de symo.ꝛ periu. et dilapidatiõe agebať ciuil'r vt deponenť ab administratiõe nõ criminaliť: vt degradereť. De quo abbate loquitur plene ex̃ de symonia licet heli.

Casus.

¶ De accusationibus.

Tam autẽ i modũ accusatiõis obiť crimẽ aliquod clerico vl' laico i h̃ casu: q: crimialiť agiť: est iscriptio necessaria ꝛ accusator teneť se obligare ad penã talionis: sicut legiť ex̃ de sym.lz heli.ꝛ.ij.q.viij vbi ð:.q̃sq̃s ille q̃ crimẽ itẽdit i iudiciũ veniat nomẽ rei nominet.viculũ iscriptiõis accipiat.custodiet silitudinẽ.hita tñ dignitat) existimatiõe puniať: nec ipunitã sibi nouerit fore licẽtiã mẽtiendi.cũ calũniãtes ad vidictã poscat silitudo supplicij.q tñ ad sortilegos magosq; ꝯcurrerit nullaten⁹ i accusationẽ sũt admittẽdi.ꝛ si nõ ꝓbauerit ꝙ obiecerit penã quã i taliť pati ð:: vt.ij.q.3. ꝑ to.vbi ð: de ꝟbo ad ꝟbũ et hoc q̃dẽ gñaliť ẽ verũ.ꝙ nullus audit accusãs sine libelli iscriptiõe.i q̃ se obligat ad penã talionis. exceptis q̃busdã casib⁹. ¶ Prim⁹ est i crimine abigeat⁹: i q̃ q̃s audiť falsi libelli iscriptiõe: vt.C.de abi.l. vnica.vbi ð:.albacti aĩalis accusatio nõ solũ cũ iscriptionibus: sz et sine ea obseruatiõe ꝑponiť. Secũdus casus ẽ i leuib⁹ ꝛ ꝑuis criminib⁹: vt ff.ð accu.q̃ accusare vbi ð:.q̃ accusare volũt.deuia crimia audire ꝛ discutere plano ꝓcõsulez oportet: vl' iberare eos q̃bus obijciunť: vl' fustib⁹ castigare vl' flagellis cesos ꝟberaſ. Tertius ẽ i his q̃ ꝑ officiales vl' p̃sidib⁹ referunť: vt.C.q̃ accu.pos.vl' nõ.l.j.vbi ð:.ea q̃ ꝑ officiales denudanť p̃sidib⁹ ꝛ circa solẽnia accu.nomẽ posse ꝑpẽdi icognitũ.nõ ẽ verũ.si falsis nec notorijs isimulať.l.accusat⁹ sic ꝑpẽso iudicio despici ð3. Quart⁹ i crimie apostatice: vt.C.de apos.vbi ð:. Apostatorũ sacrilegũ nomẽ singuloꝝ vox ꝯtinue appellationis festet.ꝛ nullis finita tꝑib⁹ huius crimis arceať inda.q̃b⁹ ꝙuis vix p̃stita iterdcã sufficiãt. tũ ꝛ illõ itram⁹: ne postꝙ a fide ðuiauerit testãdi ãt donãdi liberã hñt facultatẽ. sz nec vẽditiõis spẽ facẽ legẽ fraudes

Can.

Lex.

Lex.

Lex.

Can.

signanť totū qđ ab intestatio
xp̄ianitatē sectantibꝰ ꝓpin-
quis potissime deferať. ¶ In-
terim aūt ꝯ huius sacrilegia
ꝑpetuare volumꝰ actionē. vt
vniuersis ab intestato venien
tibꝰ ⁊ post mortē peccātis ab-
solutam. nocere simulationis
ꝯgruā nō negamus nec illud
paciemur obstare. sꝫ si nihil in
ꝯtestatiōe probāda ducať vni
ente prophano productū. sed
nō huiꝰ interp̄tatio criminis
latiꝰ lato incerto nagetur er-
rore. eos ī p̄nti insectamꝰ ora
culo qui in nomie xp̄ianitatis
induci sacrilegia fecerāt. vel
facienda mādauerit: quorū ēt
post mortē approbata ꝑfidia
hac rōne plectēda est. vt dona
tiōibꝰ testamētisqꝫ recisis hi
quibꝰ hoc deferť legitima suc
cessione hmōi ꝑsonarū heredi
tate potianť. ¶ Quintus cum
accusať xp̄ianꝰ ꝙ ꝯtraxit cuꝫ
iudea vel ecōuerso. vt. C. de iu
deis. vbi đr. Ne quis xp̄ianaꝫ Lex
mulierē in matrimoniū iudeꝰ
accipiat. Ne xp̄ianus iudee
cōsortium sortiať. nam si quis
aliqđ huiꝰ crimē fecerit adul
teri vicem cōmissi huiusmodi
crimen obtinebit libertate in
accusando publicis qꝫ vocibꝰ
relaxata. lij. excipiūt. vj. casuꝫ
.s. cū maritꝰ accusat vxorē suā
de adulťio in re mariti. sꝫ hūc
Casus. nō excipio ꝑ decretalem ex de
procu. tue fraternitati. vbi đr
Q[uod] licet vir accuset vxorē de
adulterio ad thori separatio-
nē ⁊ si debeat inscribere. non
tū đꝫ se ad penā talionis obli-
gare qꝛ sic haberet intētionē
suā si improbatiōe deficeret.

¶ Qui accusare possunt ⁊ super quibꝰ criminibꝰ.

SEquitur vi-
dere quis possit ac-
cusare ad qđ scien-
duꝫ ꝙ crimina que
dam sunt priuata. vt crimen
furti vel iniuriaꝝ abigeatus
et similiū ad accusationē non
admittiť nisi cuiꝰ interest. vt
.ff. de priuatis delictis. l. j. Ci- Lex
uilis cōstitutio est penalibus
actiōibꝰ hr̄des nō teneri. nec
ceteros quoslibet successores.
¶ Quedaꝫ vero sunt publica
sicut homicidiū adulteriū cri
minē lese maiestatis. ⁊ similia
ad quoꝝ accusationē cōtra
laycos admittiť quilibꝫ de po
pulo. dūmō sit integre fame.
vt institu. de publicis iudicijs
in principio. Publica aūt di-
cta sunt ꝙ cuiuis ex ꝑplo exe-
cutio eoꝝ plerūqꝫ dať. ¶ In-
fames ꝓ et criminosi ab omi
accusatiōe sm canōes repellū
tur. vt. iij. q. vij. queren. vbi đr. Casus.
¶ Querēduꝫ ē in iudicio cuiꝰ
sit cōuersatiōis ⁊ fidei q accu-
sat. vel qui accusať. qm̄ hi qui
nō sunt bone fidei. ⁊ cōuersa-
tiōis. ⁊ quorū vita est accusa-
bilis. et quorū vita fides. ⁊ li-
bertas nescit nō ꝑmittuntur
maiores natu accusare. neqꝫ
viles ꝑsone ī eoꝝ accusationē

recipiunt. Ad idē e.t.c.c.q.iiij siqui sunt vituperatores. vbi dr: cañ. Q3 aliqui nō debent admitti ad accusationē anteq̄ eoꝝ suspitio extimatiōis. vel opinio. Et q̄ intentione qua fide qua vita. qua ɔsciētia. quo merito siue pcͤ dolo. siue ꝑ ɔtumacia aut ꝑ vana glīa. aut ꝑimmūdicia. vel odio. vl' cupeditate ista ꝑ̄sumpserit. Ad idē. vj. q.j. infames. vbi dr. Infames eñ eas ꝑsonas eē dicim⁹ q̄ ꝑ aliq̄ culpa notant̄ ifamia. Ex oēs qui xp̄iane religiōis normam spōte abijciūt. ⁊ statuta eccl'e cōtempnūt simil'r fures. sacrilegos. et oēs alios capitalib⁹ criminibus vreticos. sepulchroꝝ violatores. ⁊ oēs q̄ adversus patres amant. Qui in sinodo infamia notātur. sil'r intentuosos. homicidas piuros raptores: maleficos: veneficos: adulteros: debellis publicis fugientes. Et qui indigna sibi petūt loca tenere aut facultates. ⁊ iniuste auferunt eccl'ie. Aut qui fratres calūniant. ant accusant ⁊ nō ꝓbant. Qui cōtra innocentes princi pū animū ad iracūdiam ꝓuocant. ⁊ omnes anathemātisatos. vel pro suis scelerib⁹ ab ecclesia depulsos. et oēs quos eccl'ie vel scl'i leges infames ꝓnunciāt hi nimirū oēs. Nec serui añ legitimā libertatem. Nec i penitētes. nec bigami. nec illi qui curie deseruiūt. vel non sunt integri corpore. aut sanam nō hn̄t mētem. aut intellectū. aut sctōꝝ patrū decretis inobedientes existunt. aut furiosi manifestant̄. Aut hi oēs inquam. nec ad sacros gradus debēt ꝓuehi. nec illi. nec liberti. nec suspecti. nec rectā fidem vel indignā conuersationē nō habētes. summos sacerdotes pn̄t accusare nec ad accusatōez. nec ad testificationē nullaten⁹ iuste posse recipi ēt si suam suorūq; iniuriam prosequātur. ¶ Nota tū qd̄ infamis infamē. aut criminosus criminosuз accusare nō potest. vt. xxxij. q. vj. vl' iniquius ē q̄ causa fornicatōis dimittere vxorē s3 ⁊ ipse cōuincit̄ fornicari. Occurrit eñ illd̄ in quo aliū iudicās ɔdemnas teipm̄ qua ꝓpter si quis fornicatiōis cā velit abijcere vxorē suā prior a fornicatiōe d3 esse purgatas. qd̄ similiter ⁊ de femina dixerim. Ad idem. iij. q. vij. vbi dr. Videlз ille de alteri⁹ errore qui nō h3 q̄ in seipo iudicet vel ɔdemnet. Judicet ille qui non agat eadem que in alio putauerit puniēda necuз de alio iudicat in seipsum ferat sniaз. Ad idē. C. de adulteris q̄m alexāder. l3 sit ar. cōtrariuз. ij. q. vij. alicui. vbi dr. Q3 infames nō ꝑmittunt̄ impetere recte credētes ⁊ sctōꝝ patrū sanctiōi⁹. obtemperātes ergo a ɔ̄rio sensu nō recte

Hucusq; cañ.

cañ. Hucusq; cañ.

credentes. et sctõꝝ patrũ cõsti tutiõib⁹ obuientes impetere possunt. sꝫ dici põt ꝙ speciale est infames posse accusare hereticos et hoc est ꝑpter criminis magnitudinẽ. ¶ Itẽ speciale est ẽt epo q clericos suos familiares non põt repellere obiectu criminis. sed si ab eis fuerit accusat⁹. vt ex̃ de accusa. nulli. et hoc ideo ẽ qꝛ nõ dꝫ habere prauos hoies familiares. vt. ij. q. vij. cum pastoris. ¶ Sic ergo ptꝫ ꝙ etiã criminosus potest repellere accusatorẽ obiectu criminis. sed obstat ex̃ de excep. a nob. vbi videt ꝙ si accusat⁹ esset maiori excõicatiõe excõicatus expellere excomunicatum sed ibi supple maxime Itẽ ar. ꝯ. iij. q. vlt. negãda. vbi dꝛ vltra. Que dem negãda est accusantis licẽtia criminãdi nec suas suorũqꝫ iniurias prosequat impi vel minori crimine priusꝙ̃ se crimĩe quo ꝑmunit exuerint et ita ptꝫ ꝙ si de maiori crimine accusatorẽ accusare noluerit accusat⁹ põt de formatõe. piurio. adulterio. homicidio. symonia. vel si eri crimĩe accusatorẽ noluerit ĩpetere bene põt vt dꝛ. in sequẽti ad hoc dꝛ ꝙ aliud est in accusatõe. aliud in exerceptione qm̃ obstat crimẽ. ¶ Ro. tñ ꝙ in criminib⁹ exceptis admittunt ĩfames et si sñia suorũqꝫ ĩiuria ꝓsequat vt. ff. de adulterie. si marit⁹. l. iuli. vbi dꝛ. Qꝛ ꝯ ꝓseqñtẽ suã iniuriã nõ admittit exceptio. ad idẽ. iij. q. vj. oib⁹. vbi dꝛ. Omnibus em̃ quib⁹ accusatio denegat in alijs causis ꝓprijs accusandi licẽtia nõ est neganda. ¶ Crimina excepta sunt hic. crimen lese maiestatis. crimẽ perductiõis. crimen herescos symonie sacrilegij. s. q armat animũ principis ꝯ ꝑplm et fm quosdaꝫ crimẽ fraudati census. In his nempe criminib⁹ layci ꝯ clericos indifferẽt admittũt tam ad accusanduꝫ ꝙ̃ ad testificandũ nisi repellant ratiõe criminis. vl' infamie vl' nisi sint ꝯspiratores vel inimicitie capitales qm̃ tales in nullo audiũt casu. nec ꝯ clericos [illegible] nec ꝯ laycos. vt ex̃ de sen. [illegible] iud. cum. j. et a. in fi. [illegible] ꝯspiratores nõ dñt admitti ꝯ abbatẽ quẽdã qui accusabat sup symonia. dilapidatiõe. ad idẽ ex̃ de symonia. lꝫ hely. et c. ꝑ tuas. Circa clericoꝝ accusatões exclusis quorũdã magrorũ opiniõib⁹ ita tenendũ est ꝙ nullus admittat nisi sit clericus vl' eẽ posset illius ordinis cui⁹ est q accusat. vñ criminosi et infames et ceteri irregulares qui sacerdotes eẽ nõ pñt esse accusare nõ valẽt. vt. ij. q. vij. vbi dꝛ. Nullus layc⁹ audeat clerico crimẽ inferre. h. di. et layco nõ liceat clericũ accusare. et c. testes et. vj. q. j. q crimẽ intendit. layci ꝓ nullo modo

canõ.

Lex

canõ

pñt clericos accusare nisi suã suorũ q: iniuriã prosequãtur. vt ex̃ de accusationib9.lз.ꝛ de testibus. De cetero laycos in accusatiõe ꝯtra clericos ꝛ maxime in criminali cã eẽ aliqua ten9 admitendos censura sacroꝝ canonũ manifestius edocet nisi forte suã vel suoꝝ iniuriã prosequať. ¶ Nec tũc etiã ad testimonium sз ad accusatione admittunť vel pñt admitti. ꝛ in criminib9 exceptis supius noĩatis possunt admitti layci ad accusationẽ.s.si sũt bone fame vel vite ꝛ psone legitime ad clericoꝝ accusatiõẽ admittũť aliter nõ eẽnt crimina excepta. Si ŏo layci sũt criminosi. irregulares vľ infames nõ admitunť ad clericoꝝ accusatiõeз nisi ipi clerici sint [illegible] repsi sicut hic.oĩa pbanť ex̃ de symonia. vbi dr. Tanta est labes hui9 criminis ꝙ ẽt serui aduersus dños admittũtur q̃ criminosi sunt ad accusationẽ. Ad idem. ij.q.v. in pmis. ex̃ de symõia p tuas. Eo tñ saluo. ꝙ capitales inimici seu cõspiratores in nullo casu ꝯ clericos admittanť sicut.s̃.dictũ ẽ.et oĩa que dicta sunt de accusatõe clericoꝝ ita intelligas ẽt in accusatõe monachoꝝ ac monacharʒ locuta habere. vt ex̃ de accusatiõib9 me minim9.vbi dr. Qʒ quedã monacha accusata fuit de symonia instituta ŏo accusatiõe corã legitimo. epõꝝ nũero quĩ demõstrat9 ẽ in t. de iu. deleg. in fi. ¶ Si reus nõ venerit ad iudiciũ procedenduз est ꝯ eũ sicut notauimus in ti. de cõtumacib9 ꝛ nõ venientib9 ad iudiciũ. Si aũt venerit datis legitimis iudicijs ꝛ lit. cõtest. facta si fuerit cõuictus. vel confessus pena legitima feriatur vt.iij.q.ix. Decrimus intra nostrã prouinciã esse iudiciuз et cõgregrare synodum ante diem kalendaꝝ Nouembriũ. vt si noluerit adeẽ presens. si cõfitenter ad obiecta respondeat. si vero adesse neglexerit dilationẽ snĩe ab absentia nõ lucretur. Ad ideз si fuerit confessus. vt ex̃ de ꝯfessis.c.vnico vbi dr. Qʒ quidaз cõfessus est se cõmisisse symoniã q: dedit obligationẽ.l.sarracenorũ.vt cõsentireť electioni cuiusdaз vnde fuit suspensus a beneficio ꝛ ordine ꝛ officio sз si certa pena lege vel canone in crimine illo nõ inueniť expressa iudicũ arbitrio statuať.vt supra.e.t.dictũ ẽ. ¶ In summa notabis ꝙ in cã criminali clare eẽ debẽt pbatiões ꝛ apte. vt.ij.q.iij. co.vbi dr. Si quis ꝯtra huiusmodi personas accusatas de crimĩe supple non probãda detulerit aut crimẽ hmõi sanctionis intestigat se iocturam infamie sustinere. Ad idem.v.q.v.ensfeunium.c. de probationib9.l.vlt.vbi dr.

Duc usq; — cre. — Casus. — Casus. — Ca. — Casus. — cañ.

Lex Sciant cuncti accusatores eaz rem se debere deferre impublicaz natione quem vnica sit testibus ydoneis vl' instructa aptissimis documetis vel iudicijs ad probatione indubitatis et lite clarioribus expedita.
Huc usque ¶ Item no. qd qliter cunq3 de crimine otra aliq.actuz sit. si fuerit mala fama rei psus. vl' couictus no sit vel ofessus ad purgatione est cogedus canonica. vt ex de accusationibus. Cum.p.maconella.7 ex de testibus.cu lris.vbi dr. Quodaz
Casus. otra qda clericu fuit obiectu qd oxerat cu indua 7 no poterat pbari irrigularitas illa nihilominus indicit ei purgatio. Ad idem ex de.ca.penul.7 vlt.immo et ex sola suspitione inducit purgatio. ex de offi. ord.ex parte in fine.vbi dicit.
Decre. De illis q sunt romipete propter absolutione petedaz qd si no costiterit episcopo suo vl'
Huc usq3. si fuerit suspecti q no fuerit cofessi veritate pape ipos debet compellere ad purgationem q sunt veritatem cofessi ¶ Item no. qd si tales ad purgationem defecerit tanq couicti de illo crimine debet puniri vt in illo capitulo cum
Decre. p.maconella vbi dicit. Qd si purgans se in purgatioe defecerit omnino officio 7 bnficio ecclesiastico priuetur.et e.l.et.e.t. De hoc 7.C.insynutu vbi dr s3 si infamatus no est nullo modo vl' nullo casu e copellendus ad purgatione3 vt vj.q.vlt.c.vlti. Accusatus no negationes sed exceptiones probare debet hoc autem obseruandam est qn reuz publica fama non vexat tunc enim aucto.grego.pape scandaluz remouendum famam sua reuz purgare oportet. ¶ In crimine vero notario purgatio non est indicenda nec ablata suscipieda qn absq3 restibus pot dampnari vt. ex de purgatioe canonica.c. vlti.ex de accusationibus euidetia. sup e i illo.c. reus ad iudiciu vocatus can. Ca non.

¶ De libello accusationis in causis criminalibus.

Quoniam vocato ad iudici[illegible] offerri deb[illegible]lus in quo certificadus est qd sibi obijciat vel quid ab eo petitur et tuc habitis inducijs deliberet vtru velit cedere vl' cotendere vt. iij. q.iij.autentica vbi dr. Offerat ei qui vocatur in iudiciu libellus.7 exinde pbitis sportulis. vl' data fideiussore hoc veruz est si ea sit negocij natura q si fideiussor dari debeat supple.xx. diez gaudeat inducijs in quibus deliberet an cedat an cotendat. atq3 aliu petat iudici associari vel recuset eum nisi illum que ille iam alio recusato petijt. ¶ Deniq3 psens in- can.

terrogetur an hoc tēpris trā- sierit qḋ non modo ipsius res- ponsione sed etiam libelli ma nifestetur inscriptione ꝙ in initio facere debet aliter er- go lit. contest. contra hoc in- dultum habita nulla est.

¶ De libelli formatione.

De libello- rū formatiōe i hoc loco tractemus et primo de libello accusationis qui taliter formandus est ꝙ dies et mēsis et ann⁹ dati li- belli ⁊ nomē iudicis cui ꝯque- rit ⁊ pricipis tūc residentis cū eo ponenda sunt et persona q̄ accusatur et eius cuȝ qua de- liquisse proponitur et locus in quo crimen commissum est vel commissum fuisse dicitur et mēsis ⁊ annus quibus crimē illud qui ꝑpetratum est. dicit annū ⁊ horā cōmissi criminis nemo accusator cogit in libel lo proponere erit ergo forma hui⁹ libelli tal' anno ab incar natiōe dñi. M.cc. ⁊c. tpib⁹ ta lis pape. tali anno pōtificat⁹ ei⁹. tali mense ego tal'. accu- so. n. presbyterum sctē marie capellanuȝ apud vos. M. epē qꝛ dico eū cōmisisse adulteriū cum berta vxore ticij in ciui- tate. M. in domo martini mē se decembris ꝓxime preteriti vnde peto dictū presbyterū a sacerdotali ordine deponen- dum. ⁊ caluūniose hāc accusa- tionē instituo ad penā taliōis me obligo in hāc accusationē me legitime ꝓbaturū ꝓmit- to. ⁊ ꝙ ita sit formādus libel- lus accusatiōis ꝓbatur ꝑ mul- ta iura. vt. ij. q. vlt. vbi dꝛ. Li- bellorū inscriptiōis exceptio talis est cōsul ⁊ dies apud illū pretorē vel ꝯsulem lucius ti- cius professus est. semeniam .l. iuli. de adulteria ream de- ferre ꝙ dicat eaȝ cōtagio seio in ciuitate tali. M. domo. M. mense. M. cōsulib⁹. M. cōmi- sisse adulteriū. Vtiqȝ ēt locus designādus est in quo adulte riū ꝯmissuȝ est. ⁊ ꝑsona cū qua ꝯmisisse dicat. ⁊ mēsis hoc em lege Juli. publicū iudicioruȝ cauetur. et gñaliter precipit oībus qui aliquē reū deferūt. neqȝ diē neqȝ horā inuitus cō prehendat. ꝙ si libelli inscri- ptionē legitime ordinati non fuerint rei nomē abolet et ex integro repetendi reuȝ ptās fiat. ¶ Itē subscribere debe- bit qui libellū dat se ꝓfessum esse vel alius pro eo si littera nesciat profiteat sed si alij cri men obijciat veluti quidē ꝙ domū suā prebuit. vt stuprum matri factum pateretur. vel ꝙ adulteriuȝ deprehensis di- miserit vel ꝙ preciū pro com- perto stupro acceperit vel si- quid simile in libello compre hendēdum erit. si accusator decesserit alia ve causa impe-

cau. [margin]

Hinc usqȝ [margin]

